

uertere eam feruorem, ipsi Nobilibus Districtibus
 Libinensibus, qui non solum egeris eiusdem Patrie
 Civibus, fratibus et coequalibus suis propter
 subiectionem Illmo. Ducis Curlandiae indecenter
 factam (excusandam eorum incuriam, neglectum
 et uilipendium immunitatis, et Privilegiorum
 suorum exprobandis, quod non secus atque Gallus
 ille Gallinaceus unioem simul cum grano tri-
 bici e terra pingui exiens, granum potius quam
 unioem asserere maluisse; Ita illi Iura
 sua libertatis, cum acquisitione Iuris Ducalis
 et subiectioni, a qualitate optimis suis Iuribus
 et Privilegijs exemptissimis, tamen privati affe-
 ctibus, et respectibus suis ducti, irrationabiliter
 proorsus permutare malle, sed etiam Illmo.
 Ducis Curlandiae in subiectioni tanquam Privilegijs
 totius Districtus Libinensium perniciosissime aduer-
 santur, seseque cum ratione opponunt. Ma-
 ximam huius controversiae si quis indagaverit
 valem reperiet, quae sequitur. Illmo. Curlandiae
 Dux praesens Ius in Capite ab eo et Districtibus
 Libinensibus: Primum ex Investitura sua Ducali
 deinde ex cessione Iuris et traditione sibi a Sue-
 cis ultimi belli tempore facta. Denique ex
 Transactione cum nobilibus multis D. Distri-
 ctus Libinensibus de subiectione in eam, consensu
 insuper accedente Sac. Regiae Maiestatis, quibus
 rationibus se Jurisdictionem in eundem Districtum